



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum verecundia sit virtus? 1

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38803**

184 QVÆST. CXLIV. ART. I.  
iustitia attendit id quod est debitus alteri. Hoc autem modestia non attendit, sed solum moderationem quamdam. Et ideo non ponitur pars iustitiae, sed temperantiae.

Ad quartum dicendum, quod Tullius sub modestia comprehendit omnia illa quæ pertainent ad moderationem corporalium motuum, & exteriorum rerum, & etiam moderationem spei, quam diximus \*, ad hanc militatem pertinere.

In co. ar.

QVÆST. CXLIV.  
De partibus temperantiae in speciali, in quatuor articulos divisæ.

D Einde considerandum est de partibus temperantiae in speciali. Et primò de partibus quasi integralibus, quæ sunt verecundia, & honestas.

¶ Circa verecundiam aurem quaeruntur quatuor.

¶ Primo, utrum verecundia sit virtus?

¶ Secundo, de quibus sit verecundia.

¶ Tertio, à quibus homo verecundetur.

¶ Quarto, quorum sit verecundari.

ARTIC. I.

Vtrum verecundia sit virtus?

696 3. dis. 23. A D primum sic proceditur. Videtur, quod verecundia sit virtus. Est enim in medio secundum determinationem rationis, est proprium virtutis. ¶ 4. di. ut patet ex diffinitione virtutis, quæ ponitur in seconde Ethicorum. \* Sed verecundia consistit in tali medio. 14. q. 1. ut patet per Philosophum † ibidem. Ergo verecundia est virtus. 2. q. 2. ad 5. ¶ 2. Præterea, Omne laudabile vel est virtus, 26. 27. 6. ad virtutem pertinet. Sed verecundia est quoddam laudabile: non est autem pars alicuius virtutis. Nam 4. Eth. 1. enim est pars prudentiae, quia non est in ratione, sed 17. prin. in appetitu: neque etiam est pars iustitiae, qui verecundia passionem quamdam importat, iustitia autem non est circa passiones. Similiter etiam non est pars fortitudinis: quia ad fortitudinem pertinet persister & aggredi, ad verecundiam autem refugere aliquid.

Nc.

Neque etiam est pars temperantiae: quia temperantia est circa concupiscentias, verecundia autem est timor quidam, ut patet per \* Philosophum in 4. Ethic. & per Damas. in 2. lib. Relinquitur ergo quod verecundia sit virtus.

¶ 3 Præterea, Honestum cum virtute conuertitur, ut patet per † Tullium in 1. de Offic. Sed verecundia est quedam pars honestatis. Dicit enim \* An. bros. in 1. de Offic. quod verecundia socia, ac familiaris est mentis placiditati, proteruiam fugitans, ab omni luxu aliena, sobrietatem diligit, & honestatem fuit, & decorum illud requirit. Ergo verecundia est virtus.

¶ 4 Præterea, Omne vitium opponitur alicui virtuti. Sed quedam virtus opponitur verecundia, scilicet invere cundia, & inordinatus stupor. Ergo verecundia est virtus.

¶ 5 Præterea, Ex actibus similes habitus generantur, ut dicitur in 2. \* Ethic. Sed verecundia importat actum laudabilem. Ergo ex multis talibus a quibus causatur habitus. Sed habitus laudabilem operum est virtus, ut patet per Philosophum in 1. Ethic. Ergo verecundia est virtus.

SED contra est, quod \* Philosophus dicit in 2. & 4. Ethic. verecundiam non esse virtutem.

R E S P O N D E O dicendum, quod virtus duplacter accipitur, propriè scilicet, & communiter. Propriè quidem virtus perfectio quedam est, ut dicitur in 7. † Physic. Et ideo omne illud quod repugnat perfectioni, etiam si sit bonum, deficit a ratione virtutis. Verecundia autem repugnat perfectioni. Est enim timor alicuius turpis, quod scilicet est exprobabile. Vnde \* Damasc. dicit quod verecundia est timor de turpi actu. Sicut autem spes est de bono possibili, & arduo, ita etiam timor est de malo possibili, & arduo: ut supra habitum est, cùm de passionibus ageretur. Ille autem qui est perfectus secundum habitum virtutis, non apprehendit aliquid exprobabile, & turpe, ad.

lib. 4. c. v.  
tom. 5.

\* Damas.

lib. 2. c. 15

† lib. 1. in

c. de tem-

perant.

\* Ambro-

li. 1. c. 43

paulo \*

prin. 10. 1

lib. 2. c. 16

et 2. 10. §

li. 2. c. 5.

& 6 ha-

beatur.

\* li. 2. c. 7.

na multu-

re fin.

li. 4. cap.

vlt. 10. 5.

li. 7. tex.

17. et 18.

tom. 2.

li. 2. c. 15

1. 2. 9. 40.

et 1. & 9.

42. ap. 2.

& 9. 42.

ap. 2.

ad faciendum , ut possibile & arduum , id est difficile ad vitandum , neque etiam aetate facit aliquid turpe , vnde opprobrium timeat . Vnde verecundia , propriè loquendo , non est virtus : deficit enim à perfectione virtutis . Communiter autem virtus dicitur esse omne quod est bonum & laudabile in humanis actibus vel passionibus . Et secundum hoc quandoque verecundia dicitur virtus , cum sit quedam laudabilis passio .

Ad primum ergo dicendum , quod esse in medi non sufficit ad rationem virtutis , quamvis sit una particula posita in virtutis definitione . Sed requiritur ulterius quod sit habitus electius , id est , ex electione operans . Verecundia autem non nominat habitum , sed passionem ; neque motus eius est ex electione , sed ex impetu quodam passionis . Vnde deficit ratione virtutis .

In co. 2. Ad secundum dicendum , quod sicut dictum est , verecundia est timor turpitudinis & exprobationis .  
q. 142. 4. Dictum est autem supra \* , quod vitium intemperantiae est turpissimum , & maximè exprobabile . Et ideo verecundia principalius pertinet ad temperantiam , quam ad aliquam aliam virtutem , ratione motu , quod est turpe : non autem secundum speciem passionis , qua est timor . Secundum tamen quod via alijs virtutibus opposita , sunt turpia & exprobabilia , potest etiam verecundia ad alias virtutes pertinere .

Ad tertium dicendum , quod verecundia fouet honestatem , remouendo ea quae sunt honestati contraria , non ita quod pertingat ad perfectam rationem honestatis .

Ad quartum dicendum , quod quilibet defecat causat vitium , non autem quodlibet bonum sufficit ad rationem virtutis . Et ideo non oportet quod omne illud cui directè opponitur vitium , sit virtus , quamvis omne vitium opponatur alicui virtuti secundum suam originem . Et sic invere cundia in qua-

tum prouenit ex nimio amore turpidinum, opponitur temperantia.

Ad quintum dicendum, quod ex multotiens verecundari causatur habitus virtutis acquisita, per quam aliquis turpia viter, de quibus est verecundia. Non autem ut aliquis viterius verecundetur. Sed ex illo habitu virtutis acquisita sic se habet aliquis, quod magis verecundaretur, si materia verecundiae adesset.

## ARTIC. I.

*Vtrum verecundia sit de turpi actu?*

697

**A**d secundum sic proceditur. Videtur, quod verecundia non sit de turpi actu. Dicit enim philosoph. in 4. Ethic. \* quod verecundia est timor ingloriationis. Sed quandoque illi qui nil turpe operantur, ingloriationem sustinent: secundum illud Psal. 68. Propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam. Ergo verecundia non est proprietas de turpi actu.

¶ 2 Præterea, Illa solum videntur esse turpia, quae habent rationem peccati. Sed de quibusdam hominibus verecundatur, quae non sunt peccata: puta, si aliquis exerceat servilia aliqua opera. Ergo videtur, quod verecundia non sit proprietas de turpi actu.

¶ 3 Præterea, Operationes virtutum non sunt turpes, sed pulcherrimæ, ut dicitur in 1. Ethic.\* Sed quandoque aliqui verecundantur aliqua opera virtutis facere, ut dicitur Luc. 9. Qui erubuerit me & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, &c. Ergo verecundia non est de turpi actu.

¶ 4 Præterea, Si verecundia proprietas esset de turpi actu, oporteret quod de magis turpibus homo magis verecundaretur. Sed quandoque homo plus verecundatur de his quae sunt minus peccata, cum tamen de grauissimis quibusdam peccatis glorietur, secundum illud Psal. 51. Quid gloriaris in malitia? Ergo verecundia non proprietas est de turpi actu.

**S E D** contra est, quod \* Damascen. dicit in 2. lib.

86

\* Dama.

li. 2. c. 15

&amp;

4. d. 14. q.

1. a. 5. q.

2. ad 5. et

ver. 9. 26

art. 4. ad

7 et a. 6.

ad 15. et

Psal. 43.

co. 6. et

4. eth. 1c.

17. 10. 4.

\* lib. 4. c.

vi. i. pri.

ton. 5.

li. 1. c. 8.

&amp; me. 10.

5.